



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Capitularia Regvm Francorvm**

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae  
doctissimorum virorum

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1677**

XIV. Apud Silvacum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-22974**

## T I T V L V S X I V.

Apud Silvacum.

*SEQVVNTVR CAPITVL A QVÆ IN IPSO ANNO,  
 & in ipso mense Novembrio, Dominus Karolus consulu fidelium suorum in Sil-  
 vario edidit, & per regnum suum à Missis suis adnuntiari & observari pre-  
 cepit, sed & Missos suos, sicut subsequitur, per regnum suum ordinavit.*

**I**N nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Karolus gratia Dei Rex dilectis & fidelibus Missis nostris per regnum nostrum constitutis salutem. Sicut vobis notum esse credimus, cum dilectissimo fratre nostro Hlothario apud Valentianas locuti fuimus, & communis consilio cum fidelibus nostris communibus consideravimus ut inter cetera sanctæ Dei Ecclesiæ & nostri principatus ac regni nobis à Deo commissi negotia necessaria, de his quæ subsequuntur vos specialiter ammoneremus; ut sicut hic descripta habentur, unà cum Dei adjutorio, prout melius potueritis, strenuè exsequi procuretis, & hoc præsentaliter necessarium opus sine aliqua dilatione vel excusatione, sicut in missaticis conjuncti & deputati estis, simul conveniatis, & hoc ad perficiendum quantociùs inchoetis, & quantum vel qualiter inde factum habueritis, unusquisque vestrum, sicut in missaticis constituti estis, de unoquoque missatico nobis ad conloquium quod in proximo cum fratribus nostris habebimus renuntiare procuret. Et si contigerit ut aliquis vestrum nostro servitio vel infirmitate aut quacunque occasione detenus fuerit, pro hoc alij non dimittant ut commendata exsequi non studeant; etiam si unus vacaverit à prædictis occasionibus, ipse quantum Deus dederit jussa perficere studeat.

*Ista denuntianda sunt populo à  
 Missis nostris.*

C A P. I.

**N**Ostri seniores, sicut audistis, parabolaverunt simul, & confidaverunt cum communibus illorum fidelibus de Dei servitio & sanctæ Ecclesiæ ac regni statu, & qualiter vos qui in regno confititis pacem & justitiam habere possitis, & ordinaverunt Missos per regnum illorum, qui in hoc decenter, quantum Deus adjutorium dederit.

I I.

Inter omnes justicias quas ordinaverunt ut unusquisque habeat, primò consideraverunt de honore Ecclesiarum Dei & orphanorum ac viduarum causis, & de re-

galibus justitiis. Tum maximè de raptoribus puellarum, & viduarum causis, & sanctorum, & de his qui Presbyteros flagellare præsumunt, & qui Presbyteros de Ecclesiis sine Episcoporum consensu eicere vel recipere, aut censum de manu, vel ex his quæ Dominus & genitor illorum in suis Capitularibus Ecclesiis in immunitate concepit, exigere non timent, & qui censa de rebus ecclesiasticis ad Ecclesiæ perfolvere detrectant, ut firmiter inquirant, & acriter distringantur, & plena justitia inde fiat, secundum quod in Capitularibus avi & patris illorum statutum habetur, & ipsi per certos fidejussiones ad præsentiam illius in cuius regno tales inventi fuerint perducantur, ut inde ipse commendet quid de tali homine fiat qui nec Deum timeret, nec contra sanctos canones

65 ANNO CHRISTI Regum Francorum. KAROLI CALVI 66  
833.  
REGIS 13.

canones facere , nec legem & praeceptum regium infringere pertimescit. salva censura ecclesiastica & episcopalis poenitentiae vindicta.

III.

Similiter de collectis quas Theudisca lingua herisuph appellat , & de his qui immunitates infringunt , & qui incendia & voluntaria homicidia & adsalituras in domos faciunt.

IV.

De latronibus autem commendaverunt ut Missi omnibus denuntiant in illa fidelitate quam Deo & Regi unusquisque debet & promissam habet , & in illa Christianitate que pacem proximo unusquisque servare debet , ut sine exceptione aliquis personae , nec pro amicitia , vel propinquitate , aut amore vel timore , ullus latronem celet , sed illum Missis illorum manifestet , & ad accipendum illum adjutorium quantum potuerit unusquisque praester , & per sacramentum hoc Missi illorum firmare faciant sicut tempore antecessorum illorum confuetudo fuit. Et si aliquis Missos illorum non obaudierit , si Regis homo fuerit , per fidejussiones ad illos presentiam perducatur. Si autem alterius homo fuerit , senior cuius homo fuerit , illum Regi presentet.

V.

Commendaverunt etiam ut si aliqui denuntiatum fuerit ut ad accipendum latronem adjutorium praester , aut aliquis sonum inde audierit ut ad latronem accipendum concurratur , & se inde retraxerit ut ad hoc adjutorium non praester , si liber homo fuerit , bannum dominicum componat ; & si colonus fuerit , sexaginta ictus accipiat. Et si latro ibi occisus fuerit , qui eum occidere leudem inde non solvat , & nullus illi inde fadiam portare presumat. Quod si quis facere presumperit , per certos fidejussiones ad Regis presentiam perducatur.

VI.

Quicunque autem abhinc in ante latronem receperit , maximè autem illum qui forbannitus fuerit , vel qui illos quos Missi nostri forbannierunt recepit postquam forbanniti ab eisdem Missis nostris fuerunt , secundum quod constitutum est in Capitularibus avi & patris nostri in libro 111. capitulo xxi. si Francus est , cum duodecim similibus Francis jureret quod ipse latronem eum fuisse non sciret , licet pater ejus sit , aut frater , vel propinquus.

Tom. II.

Si hoc jurare non potuerit , & ab alio convictus fuerit quod latronem in hospitio suscepisset , quasi latro & infidelis judicetur : quia latro est , & infidelis est noster & Francorum ; & qui illum suscepit , similis est illi. Si autem audivit quod latro fuisset , & tamen non scit profirmiter , aut iuraret folus quod nunquam eum audisset nec per veritatem nec per mendacium latronem ; aut sit paratus , si ille de latrocini evictus fuerit , ut similiter damnetur.

VII.

Vt quando Missi nostri latronem forbannierint , hoc & Missis aliis & Comitibus scire faciant. Et si de uno missatico in alium fugerit , si in vicinitatem venerit , pro hoc Missus qui eum forbannivit non dimittat ut eum non persequatur & comprehendat. Et si longius fugerit , Missus in cuius missaticum fugerit , si alodem habuerit , illi tollat , & illum constringat ut illuc velit nolit reveniat , & ibi malum emendet ubi illud perpetravit. Et si in alicuius villegia fugerit , & ipsa villa eum contendenter , secundum quod in Capitularibus avi & patris nostri scriptum habetur inde fiat. Et si necesse fuerit , ut justitia non proteletur , Advocato denuntietur ut ipsum latronem reddat , & eos qui eum contenderint praesenter , ut debitam disciplinam inde sustineant , & emendationem inde congruam faciant. Quod si facere neglexerit usque ad secundam vicem , bannum dominicum inde componat . & sic per fidejussiones ad presentiam eorum dederuntur , ut & de illo , & de contradictoribus , & de ipso latrone secundum quod causa conjacuerit sic decernatur , ut ceteri metum habeant.

VIII.

Hoc etiam commendaverunt seniores nostri , ut si hujusmodi malefactores , sicut prædiximus , de uno regno in aliud fugerint , similiter Missi illius , de cuius regno fugerit , ad alios Missos in illo regno , ubi fugit , hoc notum faciant , & illi Missi eos constringant ut ad illud regnum & ad illos Missos reveniant , ut ibi distringi possint ubi malum fecerunt.

IX.

De adveniis qui oppressione Nortmanorum vel Britannorum in partes sitorum regnorum configerunt statuerunt seniores nostri ut à nullo reipublicæ ministro quamcumque violentiam vel oppressionem aut exactationem patientur ; sed liceat eis conductum suum querere & habere , donec aut ipsi redeant ad loca sua , aut seniores

Regio lib.  
2. c. 424.

E

res illorum eos recipient. Nullus autem eos inservire presumat, cō quōd loco mercenarij apud aliquem manferint, nec censum aut tributum exigere. Quōd si inventus fuerit ex reipublica ministris aut alii quibuslibet contra hoc pietatis praeceptum facere aut fecisse, bannum dominicum exinde componat.

## X.

Vt omnibus denuntetur qualiter cuncti sint preparati ad quamcunque necessitatem imminentem, ut secundūm conuenientem, prout necessitas evenierit, ad Dei servitium & illorum atque ad defendendam sanctam Dei Ecclesiam & regnum omnes sint preparati.

## X I.

Capitula autem avi & patris nostri, qua in praescriptis commemoravimus, qui ex Missis nostris non habuerint, & eis indigerint, ut commissi per illa corrigerem possint, sicut in eisdem Capitulis jubetur, de scrimio nostro vel à Cancellario nostro accipiunt, ut rationabiliter & legaliter cuncta corrigan & disponant.

## X I I.

Vt unusquisque Missus in suo missatico provisionem habeat ut si aliquis de nostris fidelibus per missaticum suum transierit, aut ibi confisus vel communans rapinas vel depradationes aut talia iniicta fecerit de quibus Deus offendit solet & populus pro oppressione gemere, quatenus hoc subtiliter & veraciter invigilget, & nobis renuntiet, qualiter inde nos sic ordinemus ut nec ipsum nec alium hoc agere delectet.

## X III.

Vt Missi in illorum missaticis curam habent ne homines nostri aut alij quilibet vicinos suos maiores vel minores tempore aestatis, quando ad herbam suos caballos mittunt, vel tempore hiemis, quando marascalcos illorum ad fodrum dirigunt, deprædentur aut oppriment. Et si egerint, hoc etiam, ut prædictum, veraciter Missi nostri invigilget, & nobis renuntient, ut in seniore hoc sic emendumus quatenus homines suos in potestate habeat, & contenti sint debitis, & indebita injustè non appetant.

Poet ista capitula sequitur in veteri codice MS. bibliothecæ Bigotianæ fragmentum epistolarum tum à Karolo Rege ictis ad Missos, ut seor. dominicos, hoc modo.

Mandamus præterea ut si Capitula Domini avi & genitoris nostri scripta non

habetis, mittatis ad palatium nostrum de more prædecessorum vestrorum Misum vel trum & scriptorem cum pergamenæ, & ibi de nostro armario ipsa Capitula accipias atque conscribat. Et vos deinde secundum ipsa Capitula Dei iustitiam populariè à Deo vobis commissi necessariæ proclamationes legaliter emendare sollertia vigilantia procuretis. V A L E T E.

*Istud sacramentum jurabunt Franci homines.*

Ego ill. adsalituram, illud malum quod scach vocant, vel tesciam non faciam, nec ut alius faciat consentiam. & si sapuer, qui hoc faciat, non celabo. & quem scio qui nunc latro aut scachator est, vobis Missis dominicis non celabo, ut non manifestem. Si me Deus adjuvet & istæ reliquiæ.

*Istud jurabunt Centenarij.*

Ego ill. adsalituram, illud malum quod scach vocant, vel tesciam non faciam, nec ut alius faciat consentiam. & si sapuer, qui hoc faciat, non celabo. & quem scio qui nunc latro aut scachator est, vobis Missis dominicis non celabo, ut non manifestem. & de Franci hominibus in isto comitatu & in meo ministerio comanentibus nullum recelabo, quantum recordari potuero, ut per brevem vobis Missis dominicis non manifestem. Si me Deus adjuvet & istæ reliquiæ.

*Missi autem & pagi per missaticos quater fuerunt tunc ordinati.*

I. Hincmarus Episcopus, Ricinus, Engiscalcus, Missi in Remtiano, Vonzilo, Stadiniso, Pertiso, Barriso, Camiziso, Catalaunio, Virtudiso, Bagenfido, Tardaniso.

II. Pardulus Episcopus, Altmarus, Teodacrus, Missi in Lauduniso, Portiano, Sueffonico, Vrciso, & Vadifo.

III. Immo Episcopus, Adalardus Abba, Waltcaudus, Odelricus, Missi in Noviomiso, Vermendiso, Adertiso, Curtriciso, Flandra, comitatibus Engilramni, & in comitatibus Waltcaudi.

IV. Folcoinus Episcopus, Adalgarius, Engiscalcus, & Berengarius, Missi in comitatu Berengarij, Engiscalchi, Gerardi, & in comitatibus Reginarij.

V. Pludouicus Abba, Yrminfridus Episcopus, Ingilvvinus, Gotfelmus, Missi in Parisiaco, Melciano, Silvanetensi, Vircasino, Belvacense, & Vindoilio.

VI. Paulus Episcopus, Hilmeradus Episcopus, Herloinus, Hungarius, Missi in Rotmenfe, Tellau, Vitnau, Pontiu, Ambianense.

VII. Eirardus Episcopus, Teodericus Abba, Herloinus, Hardoinus, Missi in Aprincato, Conflantino, Bagisino, Corisio, Otingua Saxonia, & Harduini, Oximio, & in Lisiuno.

VIII. Dodo Episcopus, Hrotbertus, & Osbertus, Missi in Cinomannico, Andegavensi, atque Turonico, Corboniso, & Sagiso.

IX. Burcardus Episcopus, & Hrodulfus, & Heinricus Abba, Missi in Blesiso,

Aurelianensi, Vindusniso, Carentino, Durcasino, Duniso, Ebricino, Stampiso, Castriso, Pincefiso, Madreciso.

X. Wenilo Episcopus, Odo, & Donatus, Missi in pago Senonicu, Trecasino, Wasteniso, Miliduniso, Morviso, Proviniso, & in tribus Arcisisis, & in duobus Brionifis.

XI. Teutboldus Episcopus, Ionas Episcopus, Isembardus, & Abbo, Abba, Daddo, Missi in comitatibus Milonis, & in comitatibus Isembardi, Augustuduno scilicet, Matisconense, Divionense, Cabillono, Hatuariis, & in Tornedriso, & in Belniō, & in Duñiso comitatu Atteiae, & in comitatu Romoldi.

XII. Hugo, Gozo, Nivilungus, Missi in Niverniso, Alciodriso, Avaliso.

## TITVLVS XV.

### Apud Attiniacum.

*HÆC MEMORIALIA CAPITVLA QVÆ SEQVNNTVR dedit Missis suis Dominus Karolus anno dominice incarnationis DCCCLIV. in mense Junio, quando apud Attiniacum cum fratre suo Hlothario fuit locutus, ut illa unusquisque Missus in suo missatico per regnum illius exequi procuret.*

#### CAP. I.

De Missis pro latronibus, scilicet ut addantur, & supleantur Missi qui illa peragunt quæ in capitulis continentur quæ supra in Silvaco ilium edidisse præscriptimus.

II. De maritima custodia, ut secundum consuetudinem vigilanter disponeretur.

III. De viis per aquas, videlicet ut ubi noviter clausæ erant aperirentur, sicut antiquitus fuerunt aperta.

IV. De pontibus restaurandis, videlicet ut secundum Capitularia avi & patris Capitular. sui ubi antiquitus fuerunt reficiantur ab his qui honores illos tenent de quibus ante pontes facti vel restaurati fuerunt.

III. 54. V. De navibus quæ vadunt sub pontibus, videlicet ut inde teloneum non exigatur.

VI. De advenis quos affligunt ministri reipublicæ, scilicet ut qui ab illis quos Nortmanni vel Brittones adfixerunt, & ideo mendicando in istud regnum vene-

runt, vel qui propter afflictionem Aquitanicam hoc venerunt, censum vel operationes exegerunt, hoc cum sua lege illis emendent. Et qui deinceps hoc facere præsumperit, similis cum emendatione dominicum bannum componat.

VII. De latronibus qui nunc nihil mani faciunt, & quodjamdiu fecerunt emendatum habent, & nullus modò super eos clamat, videlicet ut propter hoc modò non puniantur.

VIII. De hominibus qui in banno & in poenitentia missi sunt, & peius semper faciunt, scilicet ut à Missis capiantur & constringantur.

IX. De monetis & falsariis fabris, videlicet ut diligenter inquirantur & emendentur.

X. De rebus Ecclesiis in alodem datis, videlicet ut à Missis inquirantur, & describantur, & Regi denuntientur.

XI. De monasteris circumeundis, id est, ut sicut ordinatum fuit, ita Missi exequi procurent.

E ij

Tom. II.